

P R A E F A T I O.

inter Corporis Humani partes Sanguinem præcipui esse momentis, quemadmodum enim quamdiu legitima est ejus constitutio, motusque ordinatus, alimento, vigorem, motum, ipsamque adeo & sanitatem & vitam reliquis viventis machinæ partibus tribuit, ita pariter aut vitiatus sanguis, aut (quod særissimè illius depravationis effectus est) inordinatè motus, causa est variorum, sedesque morborum, quorum proinde curatio ab ejusdem rectificatione, omnino pendet; cùm inquam hæc mecum ipse perpendo, tanti argumentum momenti aut hactenus neglectum suspicor, aut nequid ea, quæ par erat peritiæ industriaque tractatum: sed nequaquam seriò, ut spero, mecum tagebas, dum me ad hunc defectum tollendum, atque ad afferendam aliquam huic malo medelam sollicitares: neque enim, nöti, Medicis mihi partes assumo: cùm itaque Medicus non sim, multiplici me opportunitate carere necesse erit qua eorum qui medicam profitentur artem, potior longè fit conditio: Licet autem non negem pluribus jam abhinc annis proposuisse me ingeniosis quibusdam Medicis historiam fluidarum partium corporis, ut humorum aliorumque succorum, atque etiam spirituum, quin & speciatim variarum quæstionum construxisse catalogum, variâque fecisse experimenta ad Sanguinem pertinentia, cùm tamen ea jam scripta perierint, longoque temporis tractu, atque studiis alterius omnino generis quæ magis speciatim continebant, memoriam exciderint, vix jam alicujus quidpiam momenti ad propositum à te scopum conferre possum. Quia autem facta tuo iussu scriptorum meorum investigatio hactenus extitit inutilis, & quoniam tum temporis ea mihi exciderunt, cùm & robustior mihi valetudo foret, plausque otii quæ nunc suppeteret, cùmque argumenta ad artem medicam spectantia frequentius meditarer, quæ jam de Sanguine ad te transmittam, non ea tantum quæ dici debuere, sed ne ea quidem, ni fallor, quæ de eodem ipse dixi, exæquabunt. Quæ non eo à me consilio dicta sunt, ut mandata tua, impositâme à te provinciam subterfugiam, sed ut tu imperitam adeo obedientiam excusare ne graveris. Cùm enim in mediū adduci à me velis quicquid facta item perquisitione, eorum quæ perierant humanum circa Sanguinem mihi occurrit, hac super te satis tibi fiet in tractatu proximè secuturo qui tribus maximè partibus constat: quarum prima seriem titulorum complexa